

- Fol. 134.* Prologus s. Jeronimi presb. in librum Tobiae. (*rubr.*) Mirari non desino . . . *P. L. 29, 23—26.*
- Fol. 141.* Prologus s. Jeronimi presb. in librum Judith. (*rubr.*) Apud Hebraeos liber Judith . . . *P. L. 29, 37—40.*
- Fol. 150.* Prologus s. Jeronimi presb. in librum Hester. (*rubr.*) Librum Hester variis translatoribus . . . *P. L. 28, 1433—1436. cum add. nota a. col. 1435.*
- Fol. 196.* Praefatio s. Jeronimi presb. in Esdram. (*rubr.*) Utrum difficilius sit facere . . . *P. L. 28, 1401—1406.*

CODEX 5. olim signatus 1/3.

Foliorum 199. 380 : 280 mm., columnis binis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate per Richenen monachum; folio enim primo effigie repraesentantur FROWINUS ABBAS eiusque amanuensis RICHENE. his versibus adiectis:

Cur aut unde minus habet a mercede Frowinus?
Cum scriptor scripsi, manus autem paruit ipsi.
Dum bene praecedat hic, dum catus alter obedit
Merces amborum florebit in arce polorum.

Hic codex rubricatus atque figuris et initialibus litteris exornatus constabat olim 204 foliis, sed duo in capite et ad calcem tria folia, quibus documenta saec. XII.—XIV. inscripta sunt, ante centum fere annos excidi et in cista D. archivi nostri deponi placuit, quorum ultimum (sign. D. 126) exhibet versus sequentes:

Quod vult dicendo prudens homo vel faciendo
Aptos aptorum fines videt officiorum,
Richene magnorum scribens haec scripta virorum
Institit hoc fine. Bene quod vivat sine fine
Rerum fons finis hic ei quod sit dato finis.

Biblia latina vulgatae versionis cum prologis. Tomus III., in quo hic ordo librorum: Epistolae canonicae. Apocalypsis. Actus apostolorum. Epistolae b. Pauli. Quatuor evangelia.

Epistolam ad Hebraeos sequitur fol. 98. Epistola ad Laodicenses, cui adposita est nota: Haec epistola non est Pauli.

Singulos sacrae scripturae libros praecedunt prologi, praefationes vel argumenta, quorum haec sunt initia:

- Fol. 1'.* Praefatio s. Jeronimi presb. in canonicas epistolas. (*rubr.*) Non ita ordo est . . . *P. L. 29, 821—832.*
- Fol. 24.* Praefatio s. Jeronimi in actus apostolorum. (*rubr.*) Lucas natione Syrus, cuius laus . . .
- Fol. 47'.* Praefatio s. Jeronimi presb. in epistolas Pauli. (*rubr.*) Primum quaeritur, quare . . . *P. L. 111, 1275—1278.*
- Fol. 48'.* Prologus in epistolam ad Romanos. (*rubr.*) Romani sunt qui ex Iudaeis gentibusque . . .
- Fol. 49.* Argumentum. (*rubr.*) Romani qui in urbe Roma in Christum Jhesum . . .
- Fol. 58.* Argumentum in epistolam I. ad Corinthios. (*rubr.*) Corinthii sunt Achaici . . . *P. L. 114, 519.*
- Fol. 66'.* Argumentum in secundam epistolam. (*rubr.*) Post actam poenitentiam . . . *P. L. 114, 551.*
- Fol. 72.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Galatas*. Galathae sunt Graeci. Hi verbum veritatis . . . *P. L. 114, 569.*
- Fol. 75.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Ephesios*. Ephesii sunt Asiani. Hi accepto verbo . . . *P. L. 114, 587.*
- Fol. 78.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Philippenses*. Philippenses ipsi sunt Macedones . . . *P. L. 114, 601.*
- Fol. 80'.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Colossenses*. Colossenses et hi sicut Laudicenses . . . *P. L. 114, 609.*
- Fol. 82'.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. I. ad Thessalonicenses*. Thessalonicenses sunt Macedones . . . *P. L. 114, 615.*
- Fol. 84'.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. II. ad Thessalonicenses*. Ad Thessalonicenses secundam scribit . . . *P. L. 114, 619.*
- Fol. 85'.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. I. ad Timotheum*. Timotheum instruit et docet . . . *P. L. 114, 623.*
- Fol. 88.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. II. ad Timotheum*. Item Timotheo scribit de exhortatione . . . *P. L. 114, 633.*
- Fol. 90.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Titum*. Titum commonefacit et instruit . . . *P. L. 114, 637.*
- Fol. 91.* Argumentum (*rubr.*) in *ep. ad Philemonem*. Philemoni familiares litteras facit . . . *P. L. 114, 641.*
- Fol. 91'.* Praefatio in epistolam ad Hebraeos. (*rubr.*) In primis dicendum est, cur apostolus . . . *P. L. 112, 711.*
- Fol. 99.* Beatissimo papae Damaso Jeronimus presbyter. (*rubr.*) Novum opus facere me cogis . . . *P. L. 29, 525—530.*

- Fol. 100'.* Prologus quatuor evangeliorum. (*rubr.*) Plures fuisse qui evangelia — viris canendas. *P. L. 26. 15—20. A.*
- Fol. 101'.* Eusebius Carpiano fratri in domino salutem. (*rubr.*) Amonius quidam Alexandrinus . . . *P. L. 29. 529—531.*
- Eodem folio.* Jeronimus Damaso papae. (*rubr.*) Sciendum etiam ne quis ignarum . . . *P. L. 29. 529. nota c.*
- Fol. 103—105'.* *Canones evangeliorum.*
- Fol. 106.* Argumentum secundum Matthaeum. (*rubr.*) Matthaeus ex Judaea sicut in ordine . . .
- Fol. 132'.* Praefatio evangelii secundum Marcum. (*rubr.*) Marcus evangelista dei . . . *Cat. codd. hag. Parisiens. I, 272—273.*
- Fol. 150.* Praefatio in evangelium secundum (*rubr.*) *Lucam.* Lucas Syrus Antiocensis, arte medicus . . . *P. L. 30. 643—644.*
- Fol. 179'.* Prologus sancti Johannis evangelistae. (*rubr.*) Hic est Johannes evangelista unus . . . *P. L. 92. 633—636.*

Singulis evangeliiis 'breviarium' seu 'capitula' praemittuntur et sua cuiusque evangelistae delineata imago his versibus explicata:

- Fol. 108'.* Lectio Matthaei datur humanae speciei,
Quod sit Christus homo patet id referente Matthaeo.
- Fol. 134'.* Marci clamantis vox noscitur esse leonis,
Clamor scribentis similat rugire frementis.
- Fol. 153'.* Bos quia mactatur, bove Lucas significatur.
Coepit ab hoc Lucas, quod sacrificat Zacharias.
- Fol. 181.* Astra petens ales est scribens alta Johannes,
Aethera transcendit, secreta dei quia pandit.

Prologi, praefationes et argumenta, quae in Patrologia latina non inveni. typis edita habentur in multis sacrae scripturae editionibus saeculi XV., item in libello qui inscribitur Prologi Sancti Hieronymi In Bibliam. Parisiis In campo gaillardo a Guidone Mercatoris Impressi. Anno . . . 1495'.

De figuris et litteris initialibus, quas 'Frowinianas' dicimus, in codd. 3. 4. 5. plus minusve artificiose confectis cfr. Rahn, Geschichte der bildenden Künste in der Schweiz. Zürich 1876. Pag. 307.

De b. Frowino abbate Engelbergensi cfr. Engelberg, p. 25 sqq. Allgemeine deutsche Biographie 8, 158. (Leipz. 1878.) Wetzler und Welte's Kirchenlexikon. II. Aufl. IV, 2065. (Freiburg 1886.)